



**Judas Der Ertz-Schelm/ Für Ehrliche Leuth/ Oder  
Eigentlicher Entwurff/ und Lebens-Beschreibung deß  
Jscariothischen Bößwichts**

Worinnen unterschiedliche Discurs, sittliche Lehrs-Puncten/ Gedicht/ und  
Geschicht/ auch sehr reicher Vorrath Biblischer Concepten; Welche nit  
allein einem Prediger auff der Cantzel sehr dienlich fallen/ der jetzigen  
verkehrten/ bethörten/ versehrten Welt die Warheit under die Nasen zu  
reiben: ...

**Abraham <a Sancta Clara>**

**Bonn, 1687**

Censura Reverendißimi Metropolitanici Consistorii Salisburgensis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59519](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59519)

Censura Reverendissimi Metropolitanici Consistorii  
Salisburgensis.

Malos non gratis esse in hoc mundo, sed boni aliquid de illis agere DEUM, argumento nobis est *Traictatus de Juda Nequam*, cujus Primam Partem de mandato Reverendissimi Officii à me lectam & relectam contra orthodoxam Fidem vel bonos mores nequaquam argui, sed vel ideo imprimi posse censeo, ut quia Judas corripitur nequit, qui jam eripuit medius, aut malus exinde corrigatur, aut justus per illum exerceatur.

SEBASTIANUS MAYR, SS. Theol. & Can. Doctor, Celsis, ac Reverendiss. Principis, &c. Consiliarius Consistorialis, necnon B. V. M. ad Nives Canonicus.

Approbatio Reverendi Patris Provincialis.

EO infra scriptus facultatem libens impertior, ut Judas Proditor in lucem prodeat, dummodo qui loculos habuit, oculos non offendant, idcirco eundem Patribus ad id deputatis iustâ trutinâ ponderandum confidi.

Fr. AMBROSIVS à S. Maximiliano Fr. Erem. Discal. S. Augusti Provincialis per Germaniam.

APPROBATIONES THEOLOGORUM.

DE Traditione pessima tradidisse optimè R. P. nostrum Abrahamum à S. Clara, luculentum perhibet testimonium epus praesens, quod iussu R. P. Ambrosii à S. Maximiliano Provincialis nostri per Germaniam accurate perlegi, nil orthodoxa fidei dissonum, verum omnigena eruditione, parique loquacia referentem reperit; per consequens huncce Iudam Christiano ob futurum minime, sed profuturum maxime nullus dubito. Quare, ut prodeat, dignum censeo.

Fr. ELIAS à S. Iannario Supprior, & Magister Novitiorum ad S. Annam Gracii.

APPROBATIO.

Iussu R. P. Ambrosii à S. Maximiliano, Ordinis S. Augustini Prioris Provincialis Judam, sub titulo den *Erg. S. S. S. S.* redivi à me lectum, qui sibi in lectum selegit *patibulum*, ac per finem sibi *finem* accivit & *lethum*. Nihilominus adveni hujus Archi-*Nequam*, qui sibi ipsi *difficili* suspendium quærens, *nequitas* castigatas moribus omnibus fore *caras*, ob *raram* tanti Authoris methodum, & *charas* ob variegata documentorum fluentia. Et licet hic *adulterinus* Apostolus sit *adultus tenebrarum* hospes, non *lucis filius*, quia *filium* vitæ sibi *ficcidit laqueo*; tamen in *lucem* ut prodeat, exinde emeretur, cum sit omnigenis doctrinæ radiis *illuminatus*. Jam sordet adagium, *rufam barbam*, quam sua perfidia posteris infamem fecit, raro *bona fors* esse; ego enim *mali* sub câ reverâ offendi nihil, utpotè omnia fidei nostræ, ac bonis moribus consona. Imò illam hic exquisitus ingenii partus à calore & pallore *aurei* plurimum conueniat, quia in hoc *rasi barbato* non nisi *aureæ calatos* Christianorum dogmatum conceptus, & ideo *totum optimum* reperi *calatum*. Quocirca Apostatam hunc *reprobum*, *improbum* Apostolum tot, & tantis referentem eruditionibus, minus non, quam *approbare* censui.

Fr. ALIPIVS à S. Baribol. Conc. Ord. ad S. Annam Gracii.